16

# Ticinio.

Commendat ipsi literas ad Papam missas.

Venerabiles devote nobis dilecte. Ex exemplo literarum, quod ad Dominationem Tuam mittimus, quid a Sanctissimo Domino nostro petamus cognosces. Dabis igitur quam maxime operam, ut in ea re desiderio nostro prorsus satisfiat. Intelligit enim ipsa Dominatio Tua petitionem nostram summa niti æquitate, ejusque rationem eam esse, ut refutari a S. ipsius non debeat. Datum ut supra.